



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

17. Quid sit juspatronatûs mixtum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

proveniat ex eorum personis, sed ex ipsa ecclesia ut Hieron. Paul. ac ita representant quod ad hanc administrationem personas Ecclesiasticas, quibus de jure competit cura fabricæ & administratio bonorum ecclesiæ. Verumque id putat Garc. *ibid.* contra Gamb. etiam illi præfecti fabricæ laici deputati non sint vel confirmari ab Episcopo, sed à paroco vel ab aliis, ad quos de consuetudine id pertinet. Contrarium quod ad principalem sententiam Felin. *in tr. quando litere Apostolice. limit. 4.* Covar. *cit. c. 36. num. 8.* Selva. *p. 3. q. 11. n. 60.* Roch. *de jurep. v. jus. q. 3. num. 17.* Azor. *p. 2. c. 28.* & alii, quos citat & sequitur Lott. *cit. q. 10. n. 48.* Ex eo, quod illi sint laici non gaudentes privilegio fori & canonis, etsi ratione muneris conveniri possint in foro Ecclesiæ; sed neque illud jus patron. habeant ab Ecclesiâ, hoc est, ratione Ecclesiæ aut beneficii (non enim per hoc, quod deputentur ad tale munus, creatur aut mandatur illis officium aliquod in ecclesia ipsa cum superioritate vel potestate aliqua, sed nudum exercitium seu ministerium convertendi aliquos redditus in causam fabricæ sub onere reddendi rationem ministris ipsius Ecclesiæ, ut Abb. Auffrer: & alii apud Lott. *n. 53.*) sed competat illis ratione muneris, quod utcumque dici possit dependens ab ecclesia, aut ei adjectum, est tamen quid penitus ab Ecclesia ejusque iuribus distinctum & remotum, & prorsus laicale. Lott. *cit. n. 53. & 58.*

14. Sexto jusp. spectans ad hospitalarios, id est, administratores hospitalium, etiam laicos, est Ecclesiasticum; dum hospitale fundatum est auctoritate episcopi juxta Garc. *n. 600.* Lamb. *ubi supra. n. 7.* & Gamb. *n. 413.* eod quod hospitalia sic erecta sint loca pia, religiosa, gaudentia privilegiis Eccles. ut Selva. *p. 1. q. 6. n. 8.* Tiraquel. *de privileg. pia causa. in præfatione.* Mandos. *de signat. gratia. c. ult. n. 6.* Gutier. *loc. cit. n. 29.* Zerola. *in pr. p. 1. v. hospitale &c.* apud Garc. *n. 601.* gaudeantque etiam immunitate, de Gonnif. *de immunit. Eccles.* Covar. *l. 2. var. resol. c. 20. n. 4.* Malcard. &c. etiam dum non haberent Ecclesiam annexam in forma solenni Ecclesiæ, ut *cit. num. 601.* insinuat Garc. Idem se tenere dicit *n. 602.* Garcias contra Gamb. *l. 5. rubric. de potest. leg. circa hospitalia,* & & plures alios nimirum esse adhuc juspatr. Ecclesiasticum, etsi hospitale non sit erectum vel approbarum auctoritate Episcopi, eod quod licet tunc non sit locus sacer vel religiosus, & sic non gaudeat immunitate, ut Gonn. Cabedo &c. videatur tamen adhuc esse locus pius, & de jurisdictione Ecclesiastica, & gaudere privilegio Ecclesiæ, cum causâ pietatis sit institutum juxta *c. de Xenodoch. & religios. domibus,* & ea, quæ habentur in *Trid. sess. 22. c. 8. 9.* utpote locum habentia in hospitalibus & locis piis privatis, neque auctoritate Ecclesiastica institutis ut censet S. Congreg. Concilii. Et hoc adhuc, ut Garc. *n. 603.* etiam hospitale non est perpetuum, sed à fundatore vel ejus successore revocari potest; cum id non tollat, quin interim dici possit locus pius, vel saltem causâ pia, seu opus pium. Selv. *loc. cit. n. 6.* Sfortia odus. *de integ. restitut. p. 1. q. 3. a. 6. n. 48.* & plures alii apud Garc. *n. 603.* & qualibet causâ pia gaudet privilegiis, quibus gaudet Ecclesia. Tiraq. *de privileg. causa pia privileg. 140.* Sylv. *V. ligatum.*

15. Septimo: similiter ex eadem causâ Ecclesiasticum esse juspatron. quod spectat ad collegia instituta pro sustentatione pauperum studentium vel

aliorum egenorum, tenet Garc. *n. 612.* eod quod & hæc sint loca pia gaudentia privilegiis ecclesiæ, & si instituta auctoritate ecclesiastica, etiam sint loca religiosa. Geronda *de gabell. p. 7. n. 42.* Azevedo &c. apud Garc. & reputantur ecclesiastica; licet major pars sint laici. Roch. Barbart. Card. Albanus, quamvis dictum juspat. saltem ubi major pars est laicorum, ex æquitate ad effectum derogationis & reservationum videatur censendum laicorum, Garc. *ibid.*

Questio 17. Quid sit jusp. mixtum?

R espondeo: quod ex patronis laicis & Ecclesiasticis coalescit. Caltrop. *loc. cit. nam. 2.* five quod pertinet partim ad ecclesiasticum, partim ad laicum, Barb. *loc. cit. n. 17.* citans Monet. *c. 10. n. 220.* Verum tamen juspatr. non dicitur mixtum ex solo concursu Ecclesiæ seu patroni ecclesiastici & patroni laici; sed illud tantum, quod æqualiter utrique competit; nam si ex tribus vocibus duashaber ecclesia, judicatur totum ecclesiasticum, è contra, si duas habeat laicus, totum erit laicale. Lott. *l. 2. q. 10. n. 67.* citans Lignarium *in c. dilectus. 3. de constitut. n. 3.* Roch. *de jurep. v. jus. n. 16.* qui ultimis rectè paritatem hanc accipiendam ait, non ex paritate personarum, sed ex parte suffragiorum; mixtum enim dicitur, quod ex conventionione & permissione plurium specierum compatibilium confectum est. Lott. *n. 62.* Menoch. *conf. 461. n. 16.* istque mixtum aliud constitutum nempe novæ seu tertie speciei, quod confectum est ex speciebus in quantitate æqualibus: aliud non constitutum, cui alia species in minore quantitate admixta; adeoque est retentivum propriæ speciei; cum ista admixtio simplicem quantitatem inferat, nec mutet substantiam speciei, cui admiscetur; utcumque enim possit & hoc dici mixtum; tamen, quia prævalet altera species, illa sola attenditur tanquam magis potens, & ex ea sola accipit denominationem, Lott. *n. 65. & 66.* Contrarium tamen, nimirum, etiam ubi unus est patronus laicus, & duo vel plures ecclesiastici, dicendum adhuc esse non ecclesiasticum nec laicale, sed mixtum, sat indicat Caltrop. *loc. cit. p. 2. n. 3.*

Questio 18. An igitur patronatus coalescens ex laicis Ecclesiasticis personis, quod ad iura, & effectus censendus sit laicus vel Ecclesiasticus?

R espondeo: In articulo præjudiciti, quod potest inferri patronatus hujusmodi mixto, in quo nimirum est dicta vocum æqualitas, censetur is mere laicalis, v. g. quod ad effectum exclusionis, reservationis, prout etiam censetur laicalis ad hoc, ut in eo non requiratur forma examinis per concursum pro conferenda parochiali. Lott. *n. 68. 75. & 76.* citans Roch. *ubi antè n. 15.* Lamb. *l. 2. p. 3. q. 9. a. 9. n. 1.* Hojed. *de incomp. benef. p. 1. c. 24. num. 114.* &c. Barb. *loc. cit. n. 18.* citans Mand. *ad reg. i. cancell. q. 10. n. 8.* Gonz. *ad reg. 8. gl. 18. n. 13. &c.* et nequaquam pars ecclesiastici tanquam dignior trahit ad se partem laici, ut perperam, & juxta decif. Rotæ erroneè senserunt Aneas de Falcon. & Staphil. apud Lott. *cit. n. 76.* sed potius Clerico suffragatur privilegium laici, & è contra. Abb. *in c. dilectus. de offic. legati. n. 5.* Felin. *in c. multorum de Judais. n. 3.* Feder. *de Senis. conf. 65. n. 1.* apud Lott. *cit. n. 68.* dum enim agitur de favore vel odio, juris ministe-